



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

De Admirabili Evcharistiae Sacramento Carmen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

## DE ADMIRABILI EVCHARISTIAE

### Sacramento Carmen.

N Vminis eterni cum dextera conderet orbem,  
Fundente omnigenas vibonitatis opes.  
Vita quibus fuerat nascentibus insita rebus,  
Addita contiguis sunt alimenta locis.  
Herba, frutex, arbor succum radicibus actis,  
De pingui eliciunt, ut vegetentur, humo.  
Omnia de pastis viuunt animalia plantis,  
Aut alijs propria conditione, cibis.  
Principè Rex orbis homo cui præbet alendo,  
Tam varias tellus, fluctus & aura dapes.  
At geminam debebat homo si viuere vitam:  
( Mens quia se bruto viuere more negat )  
Corpora sua quando data est alimonia vitas  
Nulla ne tunc animis esca parata fuit.  
Primogenitis ne enim felix mortalia hortus  
Gignebat, viuax spiritus unde foret.  
Spirituq; nihil vitalis proderat arbor.  
Solum anima tutrix hac vegetantis erat,  
Divinis purisq; animis diuina dabatur,  
Qualis & angelicus mentibus esca datur.  
Sed similis postquam iumentis reddidit illos,  
Culpa nocens, vita mens spoliata suo est.  
Morta & esset adhuc, miserans nisi Christus a-  
Denuo, morte sua, restituisset opus. ( matum.  
Perdita qua fuerat, diuina reuixit imago.  
Interio que noua luce renatus homo est.  
Vtque hic coelestem coeli somite vitum.  
Nutriat atatem proficiat que suam:  
Ille suum nobis sacro cum sanguine corpus.

O m-

( O nimio exundans munus amore ) dedit.  
Angelus ambrosia se pastu. & nectaris haustu  
Replete, oblectet, latifacetq; licet..  
Inuidisse potest nobis hac fercula: Si quid  
Inuidia Angelicis mentibus esse potest.  
Sit tamen ( ut par est ) Superiorum lautior esu:  
Mortale at certe congruit iste magis.  
Dum fidei speculo eternarum enigmata rerum  
Cernimus atque animum fictile corpus habet.  
Sensilibus substantia diuina Chrismata formu.  
Et species sensu, res homo mente capit..  
Ardua presertim mysteria sacra Synaxis  
Prodit, ubi Christum signa aliena tenent..  
Diuinis credunt humana problemata verbis.  
Nulla Deo poterat gratior esse fides.  
Magna profecto fides. & pramia magna meretur  
Qua modo tecta latent, deinde reiecta patent..  
Nam cibus est iudicium, quo vescitur angelus, & quo  
Christigena: hic cibus est Christus homo atq;  
Deus:  
O miserum, qui delitias non gustat opimas,  
Quam sapit ille, caro cui tua, Christe, sapit..  
Se Christo esuriens saturat, satur esurit usq;  
Iam superis similis finitimusq; choris,  
Accipere ac quisquis Christum non curat opertum:  
Accipiet nunquam Christus apertus eum.  
Mortales igitur vitam cognoscite vestram.  
Et meritum capiat grande charisma decus..  
Namque in deserto aeriæ fastidia manna,  
Terribilem Hebrais se peperere necem:  
Calestis, seu diuini contemptio panis.

Quid

Quid nisi Tartareum sit paritura regum?  
Ab quid opum spinas quid honorum mandere  
glandes  
Quidue voluptatum stercora, quæso, iuuat?  
Nil caro mortalis, nisi mortem gignit amanti.  
At vitam Christi viua datura caro est i.  
Non opus est precio, prostant coniuia gratis:  
Sordibus hactenè dummodo nemo edat.  
Credat, speret, amet, seq; his virtutibus ornet:  
Sicq; ad regales audeat ire dapes.  
Hic quoque quo poteris coniuia frequentior esse  
Regali à mensa commoda lura feres.  
Atque frequens ut sis, suadent ratioq;, fidesq;  
Et pietas, & spes, conditioq;, cibi.  
Si quoties rigido languens tua corpora morbo,  
Accersis medica qui leuet arte malum;  
Cur quoties aliquo fadasti crimine mentem.  
Non sumis pura pharmaca sacra manu?  
Accede ergo frequens, tantam neque despice  
mensam;  
Vnde tibi tantum communitatis erit.  
Dumq; sacram proprius fas est attingere mensam.  
Percita corda trahant hinc amor, inde timor.  
Nam timor, indignu quod hono se nouerit, arcet.  
Se dare dignantem sumere suadet amor.  
Sic bene suscepimus, bene si tractabitur, hospes,  
Hospitium fœlix, atque perenne dabit.

¶ L A V S D E O .

INDEX.